

autem ad ea onera supportanda et ad cætera insuper facienda, de quibus in his Statutis provisum est, redditus non sufficient; licebit Rectori et Sociis per annos ad omnem ultimum triginta ab hoc tempore computandos, subtractionem facere de numero Sociorum ad numerum denarium, quodcumque Societatem unam vel Societates duas vacare contigerit, prout Collegio nostro expedire sibi videbitur. Stipendia vero et emolumenta ordinaria Societatis vacantis vel Societatum vacantium in speciali cistâ infra memoratâ reponantur. Postquam autem anni triginta exacti erunt, et redditus Collegii nostri, ut speramus, accreverint, ita ut ad omnia onera supportanda tam ordinaria quam cætera extraordinaria sufficient, tunc numerus Sociorum ad duodenarium accrescat, sic ut in Collegio nostro sint Rector et duodecim Socii.

Et ut ista sic repetita meliorem seu pleniorum sortiantur effectum, si quisquam alius in futuro, spiritu piæ devotionis inductus, dictum nostrum Collegium de bonis suis augere, et Socios vel Scholares potioribus donis ampliari intenderit, scilicet in vestitu, in salario, vel quocumque alio modo, sive numerum Scholarium augere, cum gratiarum actione ipsum vel ipsos ad hoc devotissimè supplicantes et rogantes, licentiam concedimus specialem; ita tamen quod Statuta in hoc Corpore comprehensa quoad substantiam salva permaneant et illæsa.

CAP. VIII.—De Speciali Cistâ ad Promovendam Eruditionem et Disciplinam Collegii nostri adhibendâ.

Expedire visum est, quod, quum primum fieri poterit, pecuniæ in certos usus infra specificatos adhibendæ comparentur et reserventur. Statuimus ergo quod stipendia Subrectori, Moderatoribus et Lectori in Græcâ Linguâ e liberalitate Ricardi Hutchins olim Rectoris provenientia, ipsis nihil diutius solvantur, sed in cistam reponantur nuncupandam specialem. In eadem cistâ etiam annuatim reponantur redditus et proventus ordinarii Societatis unius vel Societatum duarum, quam vel quous placuerit vacuam vel vacuas permanere, ut in Capite sexto expressum est. Annis autem triginta exactis ab hoc tempore computandis, duæ portiones summæ ad provisionem Rectoris et Sociorum applicandæ in speciali cistâ reponantur, ut in Capite sexto copiosius explicatum est. Volumus quidem, quod ex his pecuniis Subrectori salarium annuatim solvatur, quod Rectori et Sociis æquum videbitur, sed in nullo casu minus quam quod ipse e liberalitate R. Hutchins percipere consuevit. Solvantur quoque Tutoribus Collegii salaria, quæ Rectori et Sociis videantur, in nullo tamen casu minora, quam Moderatores et Lector in Linguâ Græcâ ab eadem liberalitate percipere consueverunt. Volumus etiam, quod ex hac cistâ de tempore in tempus secundum iudicium Rectoris et Sociorum in subventionem et meliorem sustentationem communis cistæ Scholarium infra memoratæ pecuniæ assignentur. Denique licebit Rectori et Sociis Scholaribus et Discipulis Collegii nostri præmia dare vel summas pecuniarias assignare quibus, si quando expedierit, Prælectores aliunde parentur, et generaliter hanc cistam adhibere ad eruditionem et disciplinam Collegii nostri promovendam.

Fellows, and inasmuch as the revenues are not sufficient at the present day to support these burdens, and to effect other things besides, concerning which provision has been made in these Statutes; it shall be lawful for the Rector and Fellows, during not more than thirty years to be reckoned from this time, to reduce the number of Fellows to ten, whensoever it shall happen that one or two Fellowships are vacant, as shall seem to our College to be expedient. The ordinary stipends and emoluments of the vacant Fellowship or Fellowships shall be carried to the special fund herein-after mentioned. When thirty years have elapsed, and the Revenues of our College have increased, as we hope they will, so as to be sufficient to support as well all ordinary as the other extraordinary burdens, then the number of the Fellows shall be raised to twelve, so that there may be in our College a Rector and twelve Fellows.

And that the present scheme may be better and more fully carried out, if any other person hereafter, led by the spirit of pious devotion, shall intend to increase our said College out of his property, and further to endow the Fellows or Scholars, to wit, in clothes, in salaries, or in any other way, or to increase the number of Scholars, with thanksgiving most devoutly supplicating and beseeching him or them so to do, we grant special licence; provided, however, that the Statutes comprised in this code shall remain in substance whole and uninjured.

CHAP. 8.—Of the Special Fund to be employed for the promotion of Education and Discipline in our College.

It has seemed expedient that, as soon as may be, a sum of money shall be provided and set apart to be employed for certain purposes herein-after specified. We ordain, therefore, that the stipends arising to the Sub-Rector, the Moderators, and Reader of Greek, from the liberality of Richard Hutchins, sometime Rector, shall no longer be paid to them, but shall be carried to a fund to be called the Special Fund. To the same fund shall be annually carried the ordinary revenues and profits of one Fellowship, or two Fellowships, which shall have been decreed to remain vacant, as is expressed in the sixth Chapter. After the expiration of thirty years to be reckoned from this time, two portions of the sum applicable to the maintenance of the Rector and Fellows shall be carried to the special fund, as has been more fully explained in the sixth Chapter. We will, indeed, that out of these moneys a salary shall annually be paid to the Sub-Rector, of such amount as shall seem just to the Rector and Fellows, but in no case less than what he has been accustomed to receive from the liberality of Richard Hutchins. Salaries shall also be paid to the Tutors of the College, of such amount as may seem good to the Rector and Fellows, but in no case less than the Moderators and Reader of Greek have been wont to receive from the same benefaction. We will also, that out of this fund sums of money be assigned from time to time, according to the judgment of the Rector and Fellows, in aid and for the better support of the common fund of the Scholars herein-after mentioned. Finally, it shall be lawful for the Rector and Fellows to give prizes to the Scholars and Students of our College, or to assign sums of money wherewith, as often as may be expedient, lecturers may be procured elsewhere, and generally to apply this fund to the promotion of education and discipline in our College.